Domine iudex placeat audire verbum meum hic N. conqueritur super hunc Mathiam quod ipsum in strata libera insistentem aut in municipalia in eo pacem infregit ac ipsum vulneraverunt et violentiam in eo perpetravit quam placitandi ostendere potest et ipsum depredaverunt corpore et rebus et tantum recepit sibi quod vix unquam valeat. Et super eo instrumentum a nobis petit iudicium. Extunc pacis violator proclamatur primo secundo et tercio per nomen suum N. Et iterum suam querimoniam renovet in hunc modum: Vobis conqueritur super unum N. quod ipse venit intra immunitatem ... in strata regia vel eadem pacem infringendo et ipsum rebus et corpore ... depredavit et ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit que apparenter potest demonstrare. Et pro eo petit iudicium. Et sic tercia vice faciet. Tunc ... Et ut rogat in sua diffinitione si suum pacis violatorem in aliquo loco invenerit si ipsum licite arrestare possit. Et super ipso iudicium. Cum ipse diffinitum fuerit tunc petat pacem que sibi iudicari debet ...

De monomachali incitatione et iure duelli
Capitulum liii

Cum monomachaliter suum equalem salutare seu allogui voluerit hunc iudicem oportebit petere ut se intromittere possit de suo pacis violatore in parte. Cum hec sibi per sententiam diffinita fuerit, tunc etiam in sua requirat per quem modum se de ipso intromittere debeat ut sibi in suo iure prestare possit. Tunc sibi diffiniatur de iure et taliter pluribus vestimentis ... et ... de ipso intromittat principaliter sibi causam per qua se de ipso intromiserit quod statim facere potest si vult aut per ... allogum. Tunc ipsum incusare oportebit quod pacem in eo infregit aut in strata regia aut in villa equali infregit eo ... querulet super eum. Tunc ipsum iterum incusat quod ipsum depredavit et tantum ipsum in eo fecit quod bene probare poterit, tunc vulneribus aut cicatricibus demonstrare. Si vulneratus sanatus fuit tunc ulterius conqueratur quod ipsum propter eum rebus suis et de ... sibi tanta recepit quod bene duellum mereatur. Hec tria criminalia facta omnia sunt conquerantur de quolibet eorum cum de uno oblivisceretur aut tacuerit. Extunc suum duellum amisit. Tunc loquatur ulterius tunc ipsum ... liber est in persona propria et ipsum ... proclamandus ... Et si ... ipsum ... iure ... fuerint. Extunc ille petat satisdacionem ... sub banno regio ... suam querimoniam meliorare ante satisdacionem. Hec est iuramentum ... ipsum ... exhibeat suam innocentiam monomachale si ipsum iure ... et si ibi fuerit quod

est prestare si poterunt pro imbecillitate sui corporis. Et ille autem qui
nobilioris nature fuit ille preesse non potest cum deterioris nature
fuerit si ipsum allocutus nobiliorem nature a duello recedere non potest
quem post meridiem allocutus fuit nisi ante meridiem esset in-
choatum. Iudex etiam debet habere clipeum et gladium illi
super quem allocutio fuerit. A duello etiam potest excipere suos affi-
nes si utrique sunt affines fuerit et ita consanguinitate linea
coniuncti fuerint quod simul pugnare non poterunt. Iudex etiam
duos nuncios dare debet cuilibet hominum qui pugnare debent quod
videant ut habeant armaturam secundum veram consuetudinem.
Corrigium et lineum indumentum induere possunt quantum placet
caput et pedes antea nudi sunt in manibus chirothecas habeant
unum gladium nudum in manu et alio cinctum quod duobus hoc
arbitrio eorum committitur et unum clipeum rotundum in manu unde
non aliud quam lignum aut corium sit preter manum ferream
quod sit esse ferrum unam tunicam absque manicis super armaturam.
Tunc iudex debet indicere pacem circa collum quod nemo eos impe-
diet circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex prebeat unum virum habeat
qui phalangam ferre qui ipsos in ictibus impedire debet nisi
si unus ceciderit quod phalangam imponat aut si vulneratus fuerit
aut si phalangam desiderat hoc idem facere non potest nisi sit voluntas
iudicis. Postquam duello pax indicta sit ambo debent circulum
affectare quem ipsis iudex licentiare debet. Vincturas fixas debet
affringere nisi ex iudicis licentia prius optinuit. Ambo
armati debent ante iudicem ire unus sed actor quod causa sit
vera propter quam super ipsum querelam fecerit. Et respondens quod sit inno-
cens sic debent eos adiuvet et eorum duellum. Sol etiam
equaliter eis debet dividi qui primo querit si vincit ille super
quem conquiritur tunc indicetur sina capitalis. Si autem vince-
rit dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit
si alter diu tardaverit iudex debet ipsum per preconem vocare
in illa domo ubi se parant et duos scabinos cum ipso mittere
debet. Sic citari debetur primo secundo et tercio. Et si ad terciam cita-
cionem non venerint. Tunc querulator surgat et se ad duellum
exhibeat et statim procedat duobus ictibus et semel surgat contra
ventum. Cum corpore suo adversarium devincat tali causa sine
querela propter quam ipsum fuerat allocutus. Et iudex sibi indicare debet
sic fuisset duello convictus. Sic mortuus debet convinci si in
furto aut in rapina aut in tali crimine occisus fuerit. Si in-
autem mortuus non septem testibus probari poterit ex tunc ad
duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter agat
mortem quamquam fuerit loco eius per duellum se exhibuerit
hic extinguet omnia testimonia quia tunc ipsum absque duel-
lo vincere non potest ut supra est expressum. Et vincitur etiam

et ille qui ad duellum captivus aut salutatus fuerit aut promittit
aut cautionem fideiussorie fecerit comparere et non comparuerit
ad iustam responsionem De eo qui alium ad iudicium
aut mortuum aut vulneratum duxerit Capitulum le

Quicumque occisum seu vulneratum virum captivum ad
iudicium duxerit et ipsius pacis violatorem accusaverit
per duellum vel absque duello si non probaverit ut iuris est vel
secundum iuris exigentiam [illegible] ipse autem super ipsum idem iudicium
debet iudicari quod super ipsum procedere debuerat ac si iudicio
esset convictus et hoc per iustitiam pacis Si vulneratus vir
hunc allocutus qui ipsum vulneraverit per duellum debilitate corporis duellum perficere non possit Et si tutorem ha-
buerit qui pro eo pugnare velit inducie sibi ordinari de-
bent quousque ipse duellum perficere possit etc

De eo qui vitam aut manum pecunia redimerit Capitulum lxi

Cum vitam aut manum pecunia redimerit quod iure debentur
hic suo iure privetur

De fideiussoria cautione ad statuendum coram iudicio pro aliquo scelere Capitulum lxii

Qui etiam fideiusserit unum virum pro scelere ad sta-
tuendum ipsum coram iudicio et non statuerit non potest
recompensam ipsum solvere oportet Et sibi in suo iure non
obest illi qui fuerat fideiussor et nemo de scelibus debet nisi
pro culpa ad collum sive ad manum sibi procedere

De suppellectili feminarum et quid ad hoc spectat Capitulum lxiii

Si mulier recipit suppellectilia ad quam spectant
omnes oves et omnia bibaria domestica de quibus
vir induxit ad unum annum revolutum et in sua possessio-
ne reputatur ad mulierem pertinet medietas Cum vero
uxor moritur proxima sua agnata vel cognata recipit
suppellectilia quam ei debet donare suo viro hoc debet volu-
bile strarum detrahere sicut ut stetit cum uxor sua vixit
lectum cum lecto cussinis linteaminibus cum tapetibus cum vel
circa bedem suam cum cussino et cum pulvinari suum stratum
scamnum sedem suam cum sedibus tectorio quod singulis diebus
despiciatur solum mensam cum mensali et manutergio
hec nulla recipit pulmentaria

De armis bellicis et suppellectili feminarum aut sacerdotum seu monachorum Capitulum lxiiii

Mulier pro armis bellicis gladium mariti mariti et suum meliorem equum vel de ter-
rarum meliorem sellatum et meliora arma que habuit
pro corpore unius viri cum decesserit in sua potestate deinde dat
dare pulvinar bellicale hoc est lectum et duos cussinos